Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

d et parcite. Non parcat oculus
vester. neq; misereor. Senem
adolescentulum virginem et
infantes et mulieres interficite usq;
ad internecionem. Omnem autem
super quem videritis thau non occida
tis et a sanctuario meo incipite
Ceperunt ergo a viris senori
bus. qui erant ante faciem domus
et dixit ad eos Contaminate
domum et implete atria inter
fectis Egredimini et egressi sunt
et percutiebant eos qui erant in ci
uitate Et cede completa. Vna
si ego remansi cum facie mea
et clamabam ad dominum heu heu heu.
f dic deus ergo ne disperdas
omnes reliquias israel effundens
furorem tuum super hierusalem et
dixit ad me iniquitas domus
israhel et iuda magna est nimis
nimis valde. et repleta est terra
sanguinibus. et ciuitas repleta
est auersione Dixerunt enim
g deliquit dominus terram et dominus non
videt Ergo et meus non parcet
oculus. neq; miserebor. Viam
eorum super caput eorum reddam
Et ecce vir qui erat indutus
lineis qui habebat atramentarium
in dorso suo respondit
verbum dicens. feci sicut pre
cepisti michi.

a Et vidi. et ecce in firma
mento quod erat super ca
put cherubim quasi
lapis saphirus. et ci species
similitudinis soli apparuit super
eum Et dixit ad virum qui in
dutus erat lineis. et ait in
gredere in medio rotarum qui
sunt subtus cherubim et imple
manum tuam prunis ignis que sunt
inter cherubim et effunde super ciui
b tatem ingressusq; est in conspectu meo
Cherubim autem stabat a dextris
domus cum ingredereturvir. et nu
bes implerunt atrium interius et
elevata est gloria domini de super che
rub ad limen domus. et repleta
est domus nube et atrium
repletum est splendore gloriae domini
et sonitus alarum cherubim au
diebatur usq; ad atrium exterius
sicut vox loquentis dei omnipotentis
cum ingressus esset vir eo qui indutus
c erat lineis dicens sume ignem de
medio rotarum que sunt inter che
rubim ingressus ille stetit iuxta
rotam Et extendit cherub manum
de medio cherubim ad ignem qui
erat inter cherubim. et sumpsit
et dedit in manus eius qui indu
tus erat lineis. qui accipiens egres
sus est Et apparuit in cherubim
similitudo manus hominis subtus
pennas eorum Et vidi. et ecce quat
tuor rote iuxta cherubim vna
d vna iuxta cherub vnum. et rota a
lia iuxta cherub vnum species at
que rotarum erat sicut lapidis crisoliti
et aspectus earum similitudo vna
quatuor. sicut si sit rota in medio ro
te cum ambularet in quatuor
partes gradiebantur et non con
tertebantur ambulantes. sed ad lo
cum ad quem vertebat declinabat que
prima erat. sequebantur et cetere
nec conuertebantur et omne cor
pus eorum et colla et manus et
pennae et circuli plena erant
e oculis in circuitu quatuor rotarum
et rotas istas vocauit volubi
les audiente me Quatuor erat